

Aduertencias para:

notabilem fecit communicationem priuile-
giorum pro Fratibus Prædicatoribus, & Mi-
noribus, & eis subiectis. Quæ cōmunicatio
habetur in Compendio, nu. 12, & 3. & in lib.
Monumenta Ordinis primæ impressionis. fo.
61. & secundæ. fol. 144, concess. 367.

¶ Sixtus ergo. 4. concessit professoribus
Ordinis Minorum, vt concessis Fratibus Præ-
dicatoribus, & eiusdem Prædicatorum Ordini
Fratibus, vt concessis prædictis Fratibus
Minoribus priuilegiis, indulgentiis, gratiis,
fauoribus, & indultis, tam spiritualibus quam
temporalibus à Romanis Pontificibus præ-
decessoribus suis & aliis auctoritatem haben-
tibus [quæ omnia ac si nominatim exprimerentur
haberi voluit pro expressis] potiri & gau-
dere possint & debeant perpetuis futuris tem-
poribus in omnibus & per omnia prorsus &
sine vlla differentia: perinde ac si quæ vni ex
Ordinibus prædictis sunt concessa vtrique si-
mul nominatim concessa fuissent, aut concede-
rentur in posterum. Et voluit quod ea quæ de
Magistro Generali, & Prouincialibus Priori-
bus dicti Ordinis Prædicatorum, ac Monaste-
riis Monialium sub eorundem Fratrum Præ-
dicatorum cura, & secundum ipsius Ordinis
insti-